non dicit et seminibus
quasi in multis: sed qua-
si in uno. et semini tuo.
qui est xpc. Hoc autem
dico testamentum confir-
matum a deo: que post
quadringentos et trigin-
ta annos facta est lex. in-
irritum facit ad evacuan-
dam promissionem. Nam
si ex lege hereditas: iam
non ex promissione. Abra-
he autem per repromissi-
onem donavit deus. Quid
ergo lex? Propter transgressio-
nes posita est. donec ve-
niret semen. cui promi-
serat ordinata per ange-
los in manu mediato-
ris. Mediator autem unius
non est: deus autem unus
est. Lex ergo adversus promissa
dei? Absit. Si enim data
esset lex que posset vivifica-
re: vere ex lege esset iustici-
a. Sed conclusit scriptura
omnia sub peccato ut
promissio ex fide ihesu xpi
daretur credentibus. Gr.
Respice domine in testamen-
tum tuum et animas paupe-
rum tuorum ne obliviscar-
is in finem. V. Exurge domine et
iudica causam tuam memor
esto obprobrii servorum tuorum.
Alleluia. V. Venite exultemus do-
mino iubilemus deo salutari
nostro. Secundum Lucam.
In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Beati oculi
qui vident que vos vi-
detis. Dico enim vobis
quod multi prophete et reges
voluerunt videre que
vos videtis. et non vide-
runt. et audire que au-
ditis. et non audierunt.
Et ecce quidam legisperitus
surrexit temptans illum
dicens. Magister quid
faciendo vitam eternam
possidebo? At ille dixit ad
eum. In lege quid scriptum

64 N
15/78

est? quomodo legis. Ille re-
spondens dixit. Diliges
dominum deum tuum ex to-
to corde tuo et ex tota ani-
ma tua et ex omnibus
viribus tuis et ex omni
mente tua: et proximum
tuum sicut teipsum. Di-
xitque illi. Recte respondis-
ti. Hoc fac et vives. Ille
autem volens iustifica-
re seipsum dixit ad Ihesum. Et
quis est meus proximus?
Suscipiens autem Ihesus dix-
it. Homo quidam descen-
debat ab Ierusalem in Ie-
richo et incidit in latro-
nes qui etiam despolia-
verunt eum et plagis im-
positis abierunt se-
mivivo relicto. Accidit
autem ut sacerdos quidam
descenderet eadem via: et
viso illo preterivit. Si-
militer et levita cum es-
set secus locum et videns

eum: pertransiit. Samari-
tanus autem quidam iter
faciens venit secus eum:
et videns eum misericordia motus
est. Et appropians alliga-
vit vulnera eius: infun-
dens oleum et vinum. Et
imponens illum in iu-
mentum suum duxit in
stabulum: et curam eius e-
git. Et altera die protulit
duos denarios et dedit
stabulario et ait. Curam
illius habe: et quodcumque
supererogaveris ego cum
[illegible]
[illegible]
[illegible]
At ille dixit. Qui fecit
misericordiam in illum. Et
ait illi Ihesus. Vade et tu fac
similiter. Off. In te spe-
ravi domine dixi tu es deus meus
in manibus tuis tempora
Hostias nostras quesumus Secr.

tibi corpora mentesque sanc-
tificet. Per. Co. Comedite pi-
gnia et bibite mulsum et
mittite [illegible] eis qui non
preparaverunt sibi sanctus e-
enim dies domini est nolite
contristari gaudium enim
domini est fortitudo nostra. cpl'

Sumentes domine do-
na celestia suppliciter de-
precamur ut que sedula
servitute donante te ge-
rimus dignis sensibus
[illegible]

L[illegible] Feria vi.
etetur cor querentium dominum
querite dominum et confir-
mamini querite faciem eius
semper. ṽ. Confitemini domino et in-
vocate nomen eius annuncia-
te inter gentes opera eius. Or.

Presta quesumus omnipotens
deus ut observationes
sacras annua
devotione recolentes et
corpore tibi placeamus et

mente. Per. L' Osee prophe

Hec dicit dominus deus
Convertere isr
ad dominum deum tuum: q
niam corruisti in ini
tate tua. Tollite vo
cum verba: et convertim
ad dominum et dic
Omnem aufer ini
tatem et accipe bonum
et reddemus vitulos la
orum nostrorum. A
non salvabit nos
equum non ascen
nec dicemus ultra
nostri opera manuum
quia eius qui in te
misereberis pupil
lo. Sanabo contritiones
Diligam eos spont
quia aversus est fu
meus ab eis. Ero q
ros. Israel germinabit
lilium et erumpet ra
eius ut libani. Ibun
rami eius et erit quasi

gloria eius: et odor ei
bani. Convertentur
ntes in umbra eius:
ent tritico et germina
nt quasi vinea. Me
riale eius sicut vinum
ni. Ego exaudiam et
gam eum. Ego ut a
tem virentem. Ex me
ctus tuus inventus
Quis sapiens et intel
ista: intelligens et
hoc. Quia recte vie
ni: et iusti ambu
unt in eis. Grad. Con
re domine aliquantu
et deprecare sup(er) servos
s V. Domine refugium
us es nobis a generatione
rogenie. Secundum Lucam.
Rogabat Ihesum quid
m phariseus: ut man
caret cum illo. Et ingres
s domum pharisei: dis
buit. Et ecce mulier que
in civitate peccatrix.

ut cognovit quod accubuis
set in domo pharisei: attu
lit alabastrum unguen
ti et stans retro secus pe
des eius lacrimis cepit
rigare pedes eius: et capil
lis capitis sui tergebat. Et
osculabatur pedes eius et
unguento ungebat. Videns
autem phariseus qui vocave
rat eum: ait intra se dicens.
Hic si esset propheta: sciret utique
que et qualis est mulier
que tangit eum: quia pec
catrix est. Et respondens Ihesus
dixit ad illum. Symon
habeo tibi aliquid dice
re. At ille ait. Magister dic.
Duo debitores erant cui
dam feneratori. Unus de
bebat denarios quingen
tos: et alius quinquagin
ta. Non habentibus illis
unde redderent: donavit
utrisque. Quis ergo eum plus
diligit. Respondens Symon.